# Lucas



ei: quia dignus est vt hoc illi prestes.
Diligit enī gentem nostram: et syna-
gogam ipse edificauit nobis. Jesus
aūt ibat cum illis. Et cum iam nō lō-
B ge esset a domo: misit ad eū centurio
Mat.8.b. amicos dicēs. Dn̄e: noli vexari. Nō
enī sum dignus vt sub tectum meum
intres: ꝓpter quod ⁊ meipsum nō suꝫ
dignum arbitratus vt venirem ad te
sed dic verbo ⁊ sanabitur puer meus.
Nam ⁊ ego homo sum sub potestate
constitutus habens sub me milites ⁊
dico huic vade ⁊ vadit: et alio veni et
venit: et seruo meo fac hoc ⁊ facit. Quo
audito iesus miratus est ⁊ conuersus
Mat.8.c. sequentibus se turbis dixit. Amē di-
co vobis: nec in israel tantam fidem ī-
ueni. Et reuersi qui missi fuerant, do-
mum inuenerunt seruū qui langue-
rat sanum. Et factū est deinceps ibat
iesus in ciuitatem que vocatur naym
et ibant cum eo discipuli eius ⁊ turba
copiosa. Cum aūt appropīquaret por-
te ciuitatis: ecce defunctus efferebatur
4.Reg.4. filius vnicus matris sue. Et hec vi-
dua erat: et turba ciuitatis multa cuꝫ
illa. Quam cum vidisset dn̄s: miseri-
cordia motus super eam dixit illi. No-
li flere. Et accessit et tetigit loculum.
Mar.5.g Hi aūt qui portabāt steterūt. Et ait. A-
4.Reg.4. dolescēs: tibi dico surge. Et resedit q̄
3.Reg.3. erat mortuus: et cepit loqui. ⁊ dedit il-
C lum mrī sue. Accepit aūt oēs timor
Jo.4.c.et.6.b. et magnificabant deū dicētes. Quia
ꝓpheta magnus surrexit ī nobis: et q2
deus visitauit plebem suam. Et exijt
hic sermo in vniuersam iudeam de eo
et omnē circa regionem. Et nunciaue-
runt iohanni discipuli eius de omni-
Mt.ij.a bus his. Et conuocauit duos de dis-
cipulis suis Johannes: et misit ad
iesum dicēs. Tu es qui venturus es
an aliū expectamus? Cum aūt venis-
sent ad eū viri dixerunt. Johānes ba-
ptista misit nos ad te dicens. Tu es
Mt.ij.a

qui venturus es: an aliū expectamus
In ipsa aūt hora multos curauit a lā-
guoribus suis ⁊ plagis. et spiritibus
multis. et cecis multis donauit visuꝫ
Et rn̄dens dixit illis. Euntes renun- Mt.ij.a
ciate iohanni que audistis ⁊ vidistis D
Quia ceci vident. claudi ambulant.
leprosi mundātur. surdi audiūt. mor-
tui resurgunt. pauperes euāgelizant.
et beatus est quicūq3 nō fuerit scanda-
lizatus in me. Et cuꝫ discessissent nū- Mt.ij.b
cij iohannis: cepit de iohanne dicere
ad turbas. Quid existis in desertū vi-
dere? Arundinē vento agitatam? Sꝫ
quid existis videre? Hominē molli-
bus vestimentis indutum? Ecce qui ī
veste preciosa sunt ⁊ delicijs: in domi-
bus regum sunt. Sed quid existis vi-
dere? Prophetam? Vtiq3 dico vobis
et plus q̄ ꝓphetam. Hic est de q̄ scri- Malach.3.
ptum est. Ecce mitto angelum meuꝫ Mat.ij.c
ante faciem tuam: qui preparabit viā Mar.j.a
tuam ante te. Dico enim vobis: ma-
ior inter natos mulierū ꝓpheta iohā- Mt.ij.c.
ne baptista nemo est. Qui aūt minor
est in regno dei: maior est illo. Et om-
nis populus audiens. et publicani iu-
stificauerūt deū. baptizati baptismo
iohannis. Pharisei aūt ⁊ legisperiti E
consilium dei spreuerūt in semetipsos
non baptizati ab eo. Ait aūt dominus
Cui ergo similes dicam homines ge- Mat.ij.d
nerationis huius: et cui similes sunt
Similes sunt pueris sedentibus ī fo-
ro: et loquentibus ad inuicem ⁊ dicē-
tibus. Cantabimus vobis tibijs ⁊ non
saltastis: lamentauimus ⁊ nō plora-
stis. Venit autem iohānes baptista Mat.ij.d.
neq3 manducans panem neq3 bibēs
vinum ⁊ dicitis. Demonium habet.
Venit filius hominis manducans et
bibens. et dicitis. Ecce homo deuora-
tor. et bibens vinum: amicus publica-
noꝝ ⁊ peccatorū. Et iustificata ē sapiē-
tia ab oībꝫ filijs suis. Rogabat autē Mat.26.a.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0669
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG